



κολοβός / colobus, colobos

- ∪ ∪ (-) - ∪ ∪ (-) - ∪ ∪ - - |

3. IVL. TOL. 231. 212 sqq. quid sequitur? dactylicum tetrametrum colobon. quales pedes recipit? aut tres dactylos, aut duos spondeos, ita ut in tertio loco dactylum habeat et pro quarto pede unam tantum syllabam. da eius exemplum: (Prud. *cath.* 3. 1)

o crucifer bone lucisator.

x - ∪ - x - ∪ - x - ∪ - ∪ - ||

4. SACERD. GL VI 524. 1 sqq. de tetrametro iambico brachycatalecto coluro. tetrametrum brachycatalectum colurum fit hoc modo, cum novissimus pes debens habere syllabas quattuor duas habeat, ut est (PMG 991 adesp. 73):

ὁ Πύθιος μεσομφάλοις (*Bergk*, μὲν ὀμφαλοῦ *cod. B*) θεός παρ' ἑσχάραις,

(Hor. *epod.* 5. 99)

post insepulta membra differant lupi mali.

hic enim unus pes disyllabus deest ut sit tetrametrum plenum acatalectum. miurum dicitur, quod minus sit, quod Graeci μι dicunt, <in> coda, id est novissima parte, quam Graeci οὐράν vocant. sic et colurum, quod sit κολοβόν, id est curtum, ἐν τῇ οὐρᾷ, id est in coda, in fine.

x - ∪ - x - ∪ - ∪ - - ||

5. APTHON. GL VI 135. 30 sqq. idem Archilocus ex trimetro supra dicto syllabam auferendo modo e capite modo ex infima parte duo genera composuit, quorum alterum Graeci ἀκεφαλόν, alterum κολοβόν, quasi curtum, sive σκάζοντα, id est claudum, [et ideo choliambum] dixerunt. exemplum acephali trimetri erit:

Iuppiter salutis arbiter meae,

item:

est celer phaselus ille quem vides.

huic enim si adieceris unam syllabam, erit iambicus integer sic:

iam Iuppiter salutis arbiter meae,

item:

adest celer phaselus ille quem vides.

curtum autem per detractionem ultimae syllabae fecit: huius modi exemplum erit apud Horatium tale: (*carm.* I 4. 12)

seu poscat agnam sive malit haedo.

huic si adieceris syllabam, erit integer trimeter sic:

seu poscat agnam sive malit haedulo.

id autem ab Horatio exemplum protulimus, ut ostenderemus, unde id noster lyricus imitatus sit.

DIOM. GL I 507. 18 sqq. de iambico archilochio. iambicus colobus archilochius. hic de vero iambico syllaba extrema detracta factus est, et est eius exemplum in Horatio tale: (Hor. *carm.* I 4. 2)

trahunt siccas machinae carinas.

si esset carinulas, esset iambicus versus.



DIOM. GL I 511. 29 sqq. Archilocus etiam de iambico colobo fecit comma tale: (Caes. Bass. *lyr.* 2. 1 [FPL 317] Blänsdorf)

huc ades, Lyae.

quod tale est illud: (Hor. *carm.* I 4. 2)

machinae carinas.

et potest suppleri iambicus colobus sic:

trahuntque siccas huc ades Lyae.

MALL. THEOD. GL VI 593. 11 sqq. metrum iambicum senarium colobon constat ex pedibus superius comprehensis, et pro sexto pede una tantum syllaba ponitur, ut est apud Horatium: (*carm.* I 4. 2)

trahuntque siccas machinae carinas.

PRISC. GL III 460. 9 sqq. brachycatalecti dicuntur in iambicis et similibus, quibus deest una vel duae syllabae, ut est senarium iambicum colobon, ut Horatius: (*carm.* II 18. 2)

mea renidet in domo lacunar.

IVL. TOL. 232. 6 sqq. quid sequitur? metrum iambicum senarium colobon. quales pedes recipit? superiores tantum, pro sexto pede colobon ponitur. da eius exemplum: (Hor. *carm.* I 4. 2)

trahuntque siccas machinae carinas.

υ υ - υ - υ - υ - - ||

6. MALL. THEOD. GL VI 593. 18 sqq. metrum iambicum pentametrum colobon recipit supra dictos pedes omnes, et pro quinto pede una tantum syllaba ponitur. huius exemplum:

merulae quod os sonat vetustae.

IVL. TOL. 232. 12 sqq. quid sequitur? metrum iambicum pentametrum colobon. quales pedes recipit? superiores omnes, et pro quinto pede unam tantum syllabam. da eius exemplum:

merulae quod os sonat vetustae.

υ υ (-) - υ - υ - - ||

7a. MALL. THEOD. GL VI 594. 4 sqq. metrum iambicum saturnium habet iambicum tetrametrum colobon et tres trochaeos. huius exemplum:

merulae quod os vetustae mane dulce cantat.

IVL. TOL. 233. 24 sqq. quale metrum sequitur? iambicum saturnium tetrametrum colobon cum tribus trochaeis. da eius exemplum:

merulae quod os vetustae mane dulce cantat.

υ υ - υ - υ - - ||

7b. MALL. THEOD. GL VI 593. 24 sqq. metrum iambicum tetrametrum colobon, quod anacreonticum dicitur, recipit supra dictos pedes omnes, et pro quarto pede una tantum syllaba ponitur. quod maxime fit sonorum, si primus pes anapaestus ponatur, post duo iambi, deinde syllaba. huius exemplum:

Triviae rotetur ignis,



volucrique Phoebus axi
rutilum pererret orbem.

IVL. TOL. 232. 18 sqq. quid sequitur? iambicum tetrametrum colobon. quales pedes recipit? superiores omnes, et pro quarto pede unam tantum syllabam. da eius exemplum:

Triviae rotetur ignis.

item:

puer hic sonat Iohannes.

item: (Prud. *cath.* 6. 125)

cultor Dei memento.

BEDA 136. 1 sqq. de metro anacreontio. metrum iambicum tetrametrum colophon, quod Anacreontium dicitur, recipit anapaestum, duos iambo, et semipedem. quo usus est Prosper Tiro in principio exhortationis ad coniugem, ita dicens: ([Prosp.] *poem. con. ad uxorem*, PL LI 611. 1 sqq.)

age iam precor mearum
comes in remota rerum,
trpidam brevemque vitam
Domino Deo dicemus.
celeri uides rotatu
rapidos die meare
fragilisque membra mundi
minui perire labi.
fugit omne quod tenemus,
neque fluxa habent recursum,
cupidasque vana mentes
specie trahunt inani.
ubi nunc imago rerum est?
ubi sunt opes potentum,
quibus occupare captas
animas fuit voluptas?

⊖ — ⊖ — —

8a. MALL. THEOD. GL VI 597. 20 sqq. non solum autem dactylico fine, sed etiam duplici iambico colobo metrum choriambicum concludi recte potest in hunc modum:

celsus equo Phoenicia veste nitens repente fulsit.

IVL. TOL. 237. 9 sqq. quid sequitur? metrum choriambicum, quod non dactylico fine, sed iambico duplici colobon finitur. da eius exemplum:

celsus equo Phoenicia veste nitens repente fulsit.

item:

Phoenicia veste nitens repente fulsit.

da eius exemplum:

veste nitens repente fulsit.

8b. MALL. THEOD. GL VI 598. 9 sqq. fine etiam iambici metri, quod colobon dicitur, non absurde hoc metrum (*scil.* antispasticum) concluditur hoc modo:
rapit tela volans ecce gerens arma ruitque laetus.



IVL. TOL. 238. 9 sqq. quid sequitur? metrum antispasticum quod constat ex tribus antispastis cum fine iambico duplice colobon. da eius exemplum:
rapit tela volans ecce gerens arma ruitque laetus.

— ◡ — x — ◡ — x — ◡ — ◡ — —||

9. DIOM. GL I 508. 1 sqq. de trochaico colobo *** si dicam:
Socrates trahuntque siccas machinae carinas.
et hic recipit trochaeos et ceteros sui generis pedes et in imo spondeum vel trochaicum.

◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — —||

10. MALL. THEOD. GL VI 596. 17 sqq. ex eo autem versu dactylico hexametro, quem quinque dactyli et spondius vel trochaeus efficiunt, ademta syllaba prima fit anapaesticum hexametrum colobon. huius exemplum: (Verg. *Aen.* IX 503)
at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.
remota syllaba prima fit versus huius modi:
tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

IVL. TOL. 235. 16 sqq. quid sequitur? metrum anapaesticum colobon, ubi dactylus in principio positus dactylicum efficit metrum et dempta syllaba priorie fit metrum anapaesticum. da eius exemplum: (Verg. *Aen.* IX 503)
at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.
item anapaesticum hexametrum colobon: (Verg. *Aen.* IX 503)
tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — —||

11. MALL. THEOD. GL VI 596. 23 sq. versus pentameter anapaesticus colobos fit ita:
tuba terribilis procul aere canoro.

IVL. TOL. 235. 5 sqq. quid sequitur? anapaesticum pentametrum colobon, ubi pro quinto pede una tantum syllaba ponitur. da eius exemplum:
superemicat Aethna, poloque propinquat.

IVL. TOL. 236. 21 sq. item pentametrum (*scil.* anapaesticum) colobon:
tuba terribilis procul aere canoro.

◡ ◡ (—) — ◡ ◡ — ◡ ◡ — —||

12. MALL. THEOD. GL VI 596. 25 sq. item tetrameter anapaesticus colobus fit ita:

sonuit procul aere canoro.

IVL. TOL. 235. 8 sqq. tetrametrum (*scil.* anapaesticum) colobon:
micat Aethna poloque propinquat.

item tetrametrum colobon:

vivum simul ac moribundum.

IVL. TOL. 236. 22 sq. item tetrametrum (*scil.* anapaesticum) colobon:
'sonuit procul aere canoro'.



υ υ - υ υ - - ||

13. MALL. THEOD. GL VI 596. 27 sq. item trimeter anapaesticus colobus fit ita:

procul aere canoro.

IVL. TOL. 235. 10 sq. item trimetrum (*scil.* anapaesticum) colobon:
simul ac moribundum.

IVL. TOL. 236. 23 sqq. item trimetrum (*scil.* anapaesticum) colobon: (Verg.
Aen. IX 503)

procul aere canoro.

υ υ - -

14. IVL. TOL. 235. 11 sqq. item dimetrum (*scil.* anapaesticum) colobon:
crucis almae.

item:

fero signum.

item:

fuge daemon.

[G.M.]